

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Deus bonorum administratorem Constantinum delegit. Cap. XXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

Nam quo vehementius quisque eorum, temeritate quadam inductus, ad diuinam Christianorum legem & disciplinam expugnandam. (Sic enim putabat) vehementius acriusq; incubuit, hoc certe plus haust calamitatis: vsq; eo, ut singulis ipsorum non modo huius vitae acerbitates, Sed etiam grauissimus ille metus suppliciorum, quæ se expectarent apud inferos subituros, maximam plane afferret molestiam.

Deus bonorum administratorem Constantinum delegit.

CAP. XXVIII.

Proinde cum tanta & tam grauis impietas per humanas res permaneret, & Reip. velut à morbo quodam pestifero in periculum funditus intereundi venisset, & ob eam causam magna, eaq; salutari curatione egeret, quodnam quæso remedium diuinum numen (illud quidem omnino numen putadum, quod solum & reipsa est, & vniuerso temporis spatio satis virium ad opem ferdam in se continet) quod inquam remedium aut quam rationem, ad orbem terrarum ex his malis eripiendū ex cogitauit? dicam equidem: quippe beneficia à Deo opt. max. in nos collata ingenue agnoscere, eaq; egregie prædicare, reuera gloriosum est. Deus quidem certe, cū meum ministerium accurate quale esset explorasset, idēq; ad ipsius voluntatem explendam idoneum censeret, eodem vtens & mari Britannico, illisque partibus, ubi sol, rato cursu confecto necessariò occidit, initium facies, eximia quadam potentia & virtute, omnia mala, quæ homines premebant profligavit, & è medio prorsus sustulit: adeo ut mea opera ac diligentia, tum humanū genus, ad cultum augustinissimæ legis & disciplinæ reuocatum esset, tum fides sanctissima permagnas ipso deo duce, faceret progresiones.

Piae in Deum Constantini voces, & confessorum laus.

CAP. XXIX.

I

Dcirco cum exploratum habeam eū hoc ministerium omnium facile præstantissimum, mihi tanquam quadam suæ singularis erga me benevolentia indicium

II 5 com-